R Reprehensionem cum emenda ultimus tractatus

(Tum in presenti tractatu in quo volui per omnia manere in proposito et solum de magis necessariis dicere in quibus exclarans declaratio ad ordinem et compendiosa (necessaria). Et de multis que alii in suis tractatibus aut scriptis de successionibus introducunt non curo permittens omnibus qui huius tractatus declaratorem habuerit vel habuerint quod in omnibus ceteris his preter missis hanc materiam quomodolibet ex latere contingentibus erunt resolutiores quandocumque et ubicumque ea legerint in doctorum dictis famosis ne ergo extranea et preter necessaria a principalibus distrahent volui premissis alia queque adiungere attendens illud metricum. Sepe nocet qui multa docet que mens retinere. Exequitur quicquid capitur dum pauca docentur

(Explicit tractatus de successionibus ab intestato.

(Casus breves tamen primum tractatus successionum

(De descendentibus

Hec continentur extitus totius prime partis tractatus

C

(Si sunt descendentes (coll. et ascen.) cunctis aliis preferuntur (in successione) et si gradu sint remotiores et succedunt (in medium dimissum) primi gradus equaliter (per capita et proximiores primi gradus). Ulteriores vero in stirpes cum eis qui primi sunt gradus. Ulteriores autem (in) cum ulterioribus (qui primi gradus) sive equales sive inequales gradus sint sive paris sive disparis numeri succedunt pariter (non in capita) in stirpes in infinitum. Hec deserunt autentica in successione

(De ascendentibus

L

(Pater et mater vel alter eorum solus cunctos alios ascendentes excludit. Ulteriores tamen ascendentes scilicet salva prerogativa gradus succedunt et pares quoque gradu (alteri) pariter (ascen.). Sic tamen quod parens (ulterius ascen.) dimidia mereatur alia dimidia (tamen paterni et materni) deinde licet dispar sit numerus (vetere). Cum quibus omnibus idest cum illis qui istis ascendentibus fratres utrinque coniuncti admittuntur in capita et illorum filii in stirpes. Omnes vero alios collaterales excludunt ipsi ascendentes. Hec deserunt autentica de spectato cum sua additione de fratrum filiis

(De collateralibus

(Superioribus (ascen. et descen.) cessantibus primo loco fratres ex utroque succedunt et cum eis

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs1282/0022
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST